



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**AntiLutherus Judoci Clichtouei Neoportuensis. Doctoris  
Theologi, Academiae Parrhisie[n]sis**

**Clicthove, Josse**

**[Köln], 1525**

**VD16 C 4189**

A paupertatis monastic[a]e uinculo minime eos absolui, q[ui] ex  
monasterijs ad praelationem ecclesiastica[m] assumuntur: sicut nec à uoto  
castitatis eosdem relaxari. XXXI

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36183**

Actuū, 4

sanctā illā paupertatē excolerent. Præterea, ut aduersarij telū  
 in nos cōtortū, retorqueamus in eundē, fideles illi qui cū apo-  
 stolis uersabant in schola sanctæ religionis, regulāq; tenebant  
 actū quarto capite descriptā, seruabāt ad linguē paupertatis  
 monasticæ integritatē, ut mō monstratū est. Attamē de hōidē  
 dicit Lucas, q; null⁹ erat egēs iter eos, & q; distribuebat singu-  
 lis prout cuiq; opus erat. Aliud igiū paupertas, & aliud egestas.  
 Nec minus sua falsus est opinione Lutherus, & aberrauit a  
 recta uia ueritatis, q; etiā putauerit rerū uitæ corporali agēdæ  
 necessariarū affluentia in cōmunitate, aduersari paupertati. Iad  
 quā se uoto cōstringunt religiosi, cū tñ illi nequaquā sit cōtraria  
 sed frequenter cū eadē conspirās atq; conueniens. Enim uero  
 affluentia rerū externarū ad cōmunitatē monasticā attinenti-  
 um, nequaquā interimit aut destruit uotū paupertatis, ut hic au-  
 tumat Lutherus, sed sola proprietas atq; peculiū, propriarūq;  
 rerū a religiosi possessio & usus in monasterio, uenenū est &  
 exitiū ueræ paupertatis cœnobiticæ. Et hāc uouentes paup-  
 tatē, eo uoto solū promittunt se hmōi rerū proprietatē a se ab-  
 dicaturos. Neq; ad indigentia inopiāq; sectandā, se rōne illi-  
 us uoti astringunt monasterij cultores & alumni, quemad-  
 modum hoc in loco sentit Lutherus, quandoquidem in opu-  
 lentissimo monasterio integre possunt & commode uoto pau-  
 pertatis a se facto satisfacere religiosi, si nihil asseruent sibi pro-  
 priū. Quocirca qui recto & simplici animo monasteriū ingre-  
 diunt, non id faciunt nec facere debent, ut illic egestate pre-  
 mātur aut affluant delicijs, sed ut cōmuni uictu & amictu cō-  
 tenti, deo liberius seruiant. Neq; indigentia rerū necessariarū  
 exquirere in cœnobio, cuiq; opus est, ad paupertatē monasticā  
 exacte tenendā. Cuius oppositū subindicare uidet Lutherus  
 in præsentē obiectione, insimulans eos & cū cōtumelia incre-  
 pitās, q; obtendāt uotū paupertatis & uere non teneant, quā  
 inopiā & penuriam non quærunt.

Quærendā  
 non esse in  
 monasteri-  
 is inopiā,  
 sed rerū cō-  
 munitate;

¶ Paupertatis monasticæ uinculo minime eos ab-  
 solui, qui ex monasterijs ad prælationē ecclesiasti-  
 cam assumuntur, sicut nec a uoto castitatis eos dē  
 relaxati. Cap. XXXI.

Vicesima



**V**icesima Lutheri obiectio. Nonnulli legunt etiā  
 uiri sancti ex monasteriis assumpti in episcopas  
 tū, in cardinalatū, & summū pōtificatū, ubi cer-  
 te in res proprias e uoto paupertatis sunt translati  
 Neq; em̄ hic qs dicere p̄t, papā, epōs & cardina-  
 les, atq; similes ecclesiasticos rectores, nō possidere res propri-  
 as, cū eis pro arbitrio utant. **E**sto siquidē, q̄ monachos p̄po-  
 siti curent res nō proprias, at illi certe p̄sules ecclesiastici p-  
 prias curant res, q̄ de ecclesia acceptas, ut nihil sit q̄d dicere  
 quis possit, nō suas, sed ecclesie esse res eas, q̄s administrāt. **Q**  
 si in p̄sulis propter obedientiā & statū perfectionis quē  
 assumunt soluiſ uotū paupertatis, nā tunc sunt diuites propri-  
 arūq; rerū possessores, cur propter eandē causam nō soluiſ in  
 eis uotū castitatis. **H**æc Lutherus. ¶ **R**esponsio. Nō est quo-  
 q̄ pacto admittendū, eos qui ex monasteriis assumunt ad pub-  
 licā ecclīe moderationē, absolui a uoto paupertatis, & ad p̄pri-  
 as res suas curādas traduci, sed oīno tenendum, eos, illius uoti  
 uinculo semp̄ alligati. **Q**uod primū cōprobat ea sanctione ca-  
 nonica Innocēti papæ, q̄ in libro decretorū, decimasexta, q̄  
 stione prima, cap. de monachis, cōtinet his uerbis. **D**e mona-  
 chis qui diu morātes in monasteriis, si postea ad clericatus or-  
 dinē puenerint, statuimus, non debere eos a priori proposito  
 discedere. **Q**uod postremū uerbum exponēs ibidē glossa, ait.  
**D**iscedere, q̄ tum ad ea q̄ sunt de substantia monachatus, ut de  
 habitu seruādo, & cōtinentia, & de nō habēdo propriū. In his  
 em̄ non absoluiſ, licet trāseat ad ecclīā secularē. **S**ed in ieiunio,  
 silentio, & uigiliis absoluiſ, ut supra cap. proximo. **H**æc  
 ibi. ¶ **A**ccedit eidē sententiæ & **B.** **T**homas **A**quinas, secun-  
 da secūda, quæstione centesima octogesima quinta, articulo  
 octauo, ubi sciscitat. **V**trū religiosi qui promouent in epōs, te-  
 neant ad obseruātiās regulares? **Q**uā quidē quæstionē dissol-  
 uens ibidē, ait. **S**iqua sunt in regularibus obseruātiis, quæ non  
 impediāt pontificale officiū, sed magis ualeant ad p̄fectionis  
 custodiā (sicut est continentia, paupertas, & alia hmōi) ad hæc  
 remanet religiosus etiā factus epūs, obligatus, & p̄cōsequens  
 ad portādū habitū suæ religionis, q̄ est obligationis signum.

Siqua uero sunt in obseruatijs regularibus q̄ officio p̄tificialit̄ repugnāt, sicut est solitudo, silentiū, & aliqua abstinētia uel uigiliae graues, ex q̄bus impotēs corpe redderet ad exequēdū p̄tificale officiū, ad hm̄i obseruanda nō tenet. **H**æc ille.

**III** **Idē** q̄q; in dissolutiōe tertiæ obiectionis eiusdē q̄stionis, respondēs ad sanctiōē canonicā in oppositæ partis approbationē, adductā, q̄ in decretis. 18. q̄st. 1. cap. statutū est, cōtextū hoc mō. Statutū est rōnabilr̄ sc̄dm sc̄tōs p̄res & a synodo cōfirmatū est, ut monachus quē electio canonica a iugo regulæ monasticæ professionis absoluit, & sacra ordinatio de monacho ep̄m facit, uelut legitimus hæres, paternā sibi hæreditatē postea iure uindicādi potestātē habeat. **A**d hāc inq̄ cōstitutionē synodalē, p̄dicto in loco respōdēs **S. Thomas** ait, de religiosis ep̄is loquēs. Propriū aut̄ nullo mō habere p̄nt, nō em̄ paternā

Decretum  
synodale

**S. Thomas** hæreditatē sibi uendicat quasi propriā, sed q̄si eccl̄iæ debitam

**Vñ** ibidē subdit̄ (in supradicta sc̄z cōciliij determinatione) q̄ postq̄ ep̄s ordinat̄, ad altare ad q̄d sanctificat̄, q̄d acquirere potuit, restituat. **H**æc **Thomas**. **Cū** itaq; ordinatus ex monacho ep̄s, q̄d añ consecrationē habet, monasterio derelinquere debeat, q̄d uero post consecrationē acquisiuit, propriæ eccl̄iæ dimittere, sc̄dm illius synodi definitionē. **C**onstat utiq; talē in ep̄iscopatu nō habuisse administrationē propriā; resq; suas, sed dūtaxat rerū eccl̄iæ, quarū disp̄satio sibi est credita, & ex q̄bus legitime uictū sibi desumit & sumptū, sc̄dm sui stat⁹ de-

Idem.

**V.** **Insup** in p̄dictæ dissolutionis ad tertiā obiectionē calce, subnectit **S. Thomas**, de religioso ad ep̄iscopatū prouecto differēs. **T**estamētū aut̄ nullo mō facere p̄t, q̄a sola ei dispositio cōmittit̄ resq; eccl̄iasticas, q̄ morte finit̄, ex q̄ incipit testamētū ualere, ut ap̄lus dicit ad **Hebr̄os**.

Hebr̄. 9.

cap. 9. **S**i tñ ex cōcessione papæ, testamētū faciat, nō intelligit̄ ex proprio facere testamētū, sed ap̄lica autoritate intelligit̄ esse ampliata pt̄as suæ dispensationis, ut eius dispensatio possit ualere post mortē. **H**æc **Thomas** ibidē.

**VI.**  
Possidoni⁹

**Deniq;** exemplo **B. Augustini** corroborat̄ q̄d hic postremo dictū est loco, de q̄ **Possidoni⁹** ep̄s **Chamalensis** (q̄ totā eius uitā & felici-

cem

cē obitū, elegāter & pie cōscripsit) ita dicit. Testamētū nullū fecit, q̄a unde faceret, paup̄ Ch̄i nō habuit. Quibus uerbis in sinuat Augustinū, paup̄tatē quā in monasterio añ episcopatū Augustin⁹ tenuerat, sp̄ in pōtificatu obseruasse, & toto illius tpe nihil habuisse propriū, unde testamentū cōderet, & proinde in extremo uitæ suę termino, Augustinū, nullū cōdidisse testamentū. Illud ergo tanti p̄ris a monasterio ad episcopatū Hipponensem a Valerio p̄cessore suo assumpti exēplū, solenni etiā ecclesie officio in annua eiusdē celebritate decātari solitū, nob̄ manifesto est argumēto, ep̄m religiosum nequaquā absolui a seruāda paup̄tate. ¶ Neq; itidē uotū castitatis q̄q̄ pacto discōuenit apici pontificali, neq; aliquā habet rationē refragantē nouo illi officio, ad q̄d aliq; ex religione monastica traduci. Imo ut exēplū sanctimonie & puritatis deriuat a rectore in subditos ualentiore rōne in gradu pontificali (cui sacerdotalis fere semper est annexus) cōtinentia & ccelibatus obseruari debet ab eo, q̄ religiosus est, sacerdos & pontifex. Et nulla certe assignari p̄t cā, ob quā absoluat q̄ ex monasterio suscipiē ad p̄sulatū, a uoto castitatis, quinimo arctiore uinculo (ut ita dixerim) cōstringit ad seruādā castitatē. ¶ Porro ex supradictis ligdo, cōstat, q̄ horrenda sit illa Lutheri blasphemā & prorsus execranda, quā circa hūc libri sui de uotis monasticis locū eructat & euomit, cū ait. Et ut in summa dicā, uotū paup̄tatis uidef a satana in hoc effectū, ut religiosi p̄textu eius liberi fiāt a iuuanda paup̄tate aliorū, & ab impēdendis opibus misericordie & charitatis, ut supra dictū est. Tenet em̄ eos clausos, ut nulli seruiāt, deinde ociosos ab opibus manū, & tm̄ sibi sināt ab alijs serui & hac occasione auertat uulgus a iuuādis uere paup̄ibus, cōiugibus, uiduis, orphanis, pegrinis, ad profundendā substātiā in hos fictē paupes, uere aut opulentos, pingues, ociosos & seruos hypocritas. Hęc Lutherus. Quæ certe nihil aliud, q̄ cōtumelias & cōuitia, ex rabie quadā maledicēdi uitæ monasticæ cultoribus obiecta, sonāt. Et profecto indigna sunt, q̄ piōrū auribus audienda aut oculis legēda ingerāt, nisi hęc tm̄ ob causam, ut qm̄ loquela hoīs manifestū eū facit, pariter & scriptura, ex ipsīs ut tabula quadā atro depicta colore cognoscāt

oēs, qualis rabula, obrectator & religionis Zoilus sit Lutherus. Insuper & eā ob rē eadē in p̄sentia sunt uerba adducta, ut re-  
fellat acrius, & q̄ procul a ueritate distat, cōpertū oībus habe-  
atur. ¶ **V**t igit̄ ordine quodā certo iisdē respondeamus, ab ip-

**IX** so capite sumentes exordiū, q̄s non execrabile uocet blasphemiam, opus spūs sancti attribuere satanæ: & q̄d a deo suggestū est pijs mentibus, & ap̄lico factū exēplo, dicere inuentū & cō-  
mentū esse satanæ: Paupertas aut̄ monastica, a Ch̄so inter cō-

Matth. 12  
Luca. 11.

Iohan. 7

filia euāgelica tradita est, & per regulā uiuendi apostolicā ap̄-  
probata, atq; unctiōe sancti spūs, pijs mētibus etiā inspirata,  
ut capite huius libri octauo affatim est mōstratū. Horrescere

igit̄ debuit Lutherus, tantā ore sacrilego euomere uesaniā, q̄  
oblattret uotū paupertatis eē a satana effictū, ne oīno censeat esse

p̄similis scribis & pharisæis, q̄ de Ch̄sto, in potestate uirtute  
q̄ dei, i peratē dēmonijs ut exiret ab obsessis (cuius impio pro-

tinus paruere spūs immūdi) dixerūt, calōniantes opa dei, q̄ in  
Beelzebub principe dēmonior̄ eijciebat dēmonia, q̄ itē ha-

beret dēmoniū & insaniret. ¶ **Q**uā aut̄ subiicit̄ p̄ dictis in uerbis  
Lutherus, monasticā paupertatis uotū eo tendere, ut eius p̄te-

xtu liberi fiant religiosi a iuuāda paupertate alior̄, & impendē  
dis miscdiæ opibus in alios, satis sup̄q; refutatū est p̄cedētibus

locis, p̄sertim capite huius libri uicesimosecūdo & uicesimo-  
tertio. Idē q̄q; ipsō reꝝ expimento dinoscit̄ eē falsum, cū mo-

nasteria regularē obseruātia disciplinam, quīdianas exhibeāt  
paupibus eleemofynas pro sua facultate, & opa miscdiæ (q̄  
uis tuba nō canāt) sedulo studio indigentibus impendāt, pro  
sua domus q̄litate. ¶ **N**eq; satanas religiosos tenet septis clau-

**X**  
Calūniarū  
Lutheri in  
religiosos,  
refutatio  
& elisio

stralibus oclusos, ut nulli seruiāt, quēadmodū calūniat aduer-

sarius, sed amor dei & zelus tenēdæ religionis eosdē claustris  
monasticis detinet inclusos, ut liberiores a strepitu seculi, oī-  
bus p̄ opa miscdiæ spūalia, orationē, disciplinā, ieiuniū, uigili-

as, ac cæterā pia studia, inseruiāt & opitulent̄. ¶ **Q**uis aut̄ a ma-  
nuū opibus tēperent religiosi, ut uicesimū huius libri caput ab-

undē mōstrauit id eis licere, neq; iure in ip̄is dānari posse, haud  
tū idcirco ociosi dicēdi sunt, q̄ spūalibus exercitijs sunt occu-  
patissimi. Neq; hmōi uacatio a labore corpali, ad hūc referē ab  
eis finē

eis finē, ut tantū sibi sinant ab alijs impēdi seruitiū, quādoquidē pro obsequio qd̄ ipsis impendūt, alijs longe maiorē referūt grām, pro tēporalib⁹ spūalia bñficia, ofones, hostiæ sacrosanctæ, oblationes, & alia id genus obsequia spūs, illis repēdentes. Quocirca non tm̄ ab alijs sibi seruitia uolunt impēdi, ut obiectat hic Lutherus, sed & ipsi potiora officia q̄ acceperint alijs exhibēt. ¶ Sed neq; illud ueritati quoq; pacto coheret, occasione eleemosynarū aut donationū q̄ fiunt religiosis, uulg⁹ auerti a iuuādis uere paupibus, uiduis, orphanis, senioq; cōfētis. Qm̄ larga dei manus atq; bñficia abunde subministrat fidelibus, ad opa misericordiæ propensis, unde & religiosi fratrib⁹ suppeditent pijs eleemosynas, & unde etiā reliquis mendicis atq; paupibus succurrāt. Neq; unq; uisi sunt paupes seculares cōtabuisse fame aut inedia disperisse, qm̄ fuerint domib⁹ monasticis erogatæ eleemosynæ. Charitas em̄, discreta est, non subleuās unū corporis mēbrū in alterius exitiū aut interitum, sed simul oīa opis indiga membra pijs uisceribus refouens, & cuiq; qd̄ sibi necessariū est & cōducibile, dispartiens. ¶ Verū hęc Lutheri in religiosos sugillato, pro zelo aliorū pauperū, (ut prædicit) facta, haud absimilis est mururationi ipsius Iudæ traditoris (quēadmodū supra iā dictū memini, & hic repetere nō piget) indignati grauit̄ ob effusionē unguētī super caput Iesu Chri recūbentis in cœna, a Maria Magdalena sorore Marthæ factā, cū ait. Vt qd̄ pditio hęc: Potuit em̄ hoc unguentū uendāri plusq̄ trecētis denarijs, & dari paupib⁹. Sed quēadmodū ea uerba nō ptulit Iudas, qm̄ anxia pauperū cura teneret, sed q̄ fur erat & oculos hñs, ut ait euāgelista. Ita nec pauperū uulgariū cām hic agit Lutherus, inueniens in ipsos, q̄ religiosos potius collocādaesse piarū erogationū obsequia, qm̄ magna uere pauperū i seclō degētū solitudine angat, ut sub ministrē illis uite necēaria, sed qm̄ implacabili exulcerati animi odio fert̄ in quoslibet religiosos, qbus detractādi arripit occasionē, ex prætextu & umbra cæterorū pauperū. Hunc aut̄ atrū mentis liuorē perspicue produnt eius uerba deinceps consequētia, qbus religiosos ipsos uocat fictē paupes, uere opulētos pingues, ociosos & hypocritas. Quæ quoniam aliud nihil q̄ cōtumelias

XI

XII

Matth. 26

Marci. 14

Iohan. 12

**Prover. 29** cōtumelias, probra & cōuitia sonāt ex ore maledico; protūpētia, indigna nimitū sunt qbus adhibeat respōsio, scđm illā Sapientis documentū. **Ne rñdeas stulto iuxta stultitiā suā, ne efficiaris ei similis.**

**O**bediētiā monasticā primū de cōsilio eē, & deinceps de p̄cepto, atq; p̄ eā, religiosos suis oibus sup̄ioribus rescto ordine subesse. **Cap. XXXII**

.I.



”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

**Roma. 13**  
**1. Petri. 2.**

**V**icesima prima Lutheri obiectio. **C**irca obediētiā uotū bifariā peccāt religiosi, tū q̄ illā reponunt sub cōsilio, cū sit de p̄cepto, scilicet, q̄ inferior obediat sup̄iori, ut filius p̄ri, uxor uiro, & seruus dño, tū q̄ p̄ eā uni scilicet suo p̄sidentē se alligāt, & ab oibus alijs sup̄ioribus & æqualibus se subtrahūt, dicetes se soli suo sup̄iori eā debere. **E**st igit̄ illud obediētiā uotū, irrationabile & dānādū. **H**æc Lutherus. **¶ Rñsto. Diuini** uinū qd̄ p̄ceptū decernit, quēq; suo sup̄iori (quē iā habet designatū, natura, lege, aut electione p̄sidentē) obedire debere, ut filiū p̄ri, subditū principi, uxore uiro, seruū dño, monachū p̄posito monasterij. **N**ō tñ decernit, eū q̄ liber est, submittere se debere huic uel illi p̄ri monasterij particulatim in abdicatione uitæ secularis. **I**d em̄ solū relinquit̄ optioni & arbitrio illius, q̄ relicto seculo uult amplecti professionē monasticā, ut huic se subijciat p̄ri cœnobitico in hac domo, uel alteri in altera domo. **N**eq; idip̄m ex diuino pendet p̄cepto, sed solū est de cōsilio q̄ huic uel illi p̄posito monasterij q̄s se subijciat, p̄ obediētiā uotū. **A**t uero postq̄ submitit se quispiā ultro p̄ uotū obediētiā huic patri cœnobi, tū diuini est p̄cepti, ut illi tanq̄ suo sup̄iori, & quē sp̄ote sua delegit sibi p̄sidentē, obediat. **Q**uocirca nō simpliciter admittendū est, obediētiā uotū sp̄ esse de p̄cepto ut assumit Lutherus, sed distinctione utendū est supra declarata, capite huius libri undecimo, cū de uotis generatim fieret sermo, uidelicet, anteq̄ fiat & adat̄ deo obediētiā uotū, ip̄m esse de cōsilio, & libere, cū uero factū fuerit & aditū, ip̄m esse de p̄cepto, atq; necessariū. **Q**uēadmodū puella nubilis anteq̄ fœdus ineat matrimoniale cū aliq̄ uiro, optionem habet & libertatē ut hūc aut illū deligat sibi sponsum, cui fidē det cōiugalem